



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Historia Pelagiana Et Dissertatio De Synodo V.  
Œcumenica In Qua Origenis ac Theodori Mopsuesteni  
Pelagiani erroris Auctorum justa damnatio exponitur, &  
Aquilejense Schisma describitur**

**Noris, Enrico**

**Patavii, 1708**

Sereniss. ac Reverendiss. Principi Francisco Mariæ Mediceo S.R.E.  
Cardinali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72486)

*Sereniss. ac Reverendiss. Principi*

FRANCISCO MARIÆ  
MEDICEO  
S.R.E. CARDINALI.



Uòd eruditissimam Pelagianæ hæ-  
reseos Historiam, ac Doctissimam de Syno-  
do quinta Dissertationem, additis Vindiciis  
Augustinianis, aliisque variis ejusdem argu-  
menti Operibus, Eminentissimo Fr. Henrico  
de Noris Augustiniano Auctore novo præ-

lo reviviscentes tuæ Reverendissimæ Celsitudi-  
dini sistere, easdemque tuo toto Orbe cele-  
brato, ac Etruscis gentibus adorato nomine  
insignire decreverim, audaciam debitum ex-  
cusabit. Nemo ignorat, hæc res sacras, quæ  
triumphum à Maximo Ecclesiæ Doctore S. P.  
Augustino in orthodoxæ fidei tutelam vigi-  
lantissimè excubante de Pelagianis ac Semi-  
pelagianis actum expendunt non prophani  
cujuspiam hominis, sed sacri viri Principis ex-  
poscere patrocinium; quæ enim proprii nu-  
minis sacrario appenduntur ab invidorum co-  
natibus ipsis minimè timendum est. Quem  
alium igitur à Te his Norisiani ingenii lu-  
cubrationibus asciscere debebam, in quo cel-  
sissimus Mediceorum Heroum sanguis ful-  
gens, ac sacra Vaticani purpura Ecclesiastici  
ordinis propè suprema dignitas præradians  
veram sacri Principis Majestatem superstiti-  
bus adorandam & seris posteris cum ingenti  
plausu celebrandam exhibent? Porrò disertis-  
sima scriptorum capita Multa erunt, in Tui  
laudes excurrando dum talis es Princeps, ut  
qualibet Magna laude semper Major existas  
quippe qui hoc habes commune cum superis  
quos dignitate refers, ut terrena gloria tua  
decora nunquam possit exæquare. Mihi reli-  
gio est, qui haud laudator accedo, ea de Tua  
Celsitudine prædicare, quæ in Te avitam Ma-  
jesta-

jeſta-

jestatem, & sacram purpuram ornant, quæque hocce opus stricto jure uni tibi deberi postulant. Fateor tamen hoc Magni ponderis momentum non sola in causa esse tuam Reverendissimam Celsitudinem adeundi. Etenim præclara illa animi tui Magnitudo ab imperitantibus Mediceis accepta, & abs te ad Miraculum aucta, qua literas & literatos excitas, foves, erigis, alium justitiæ titulum adjicit. Instru-ctissimam Bibliothecam eandemque ornatissimam solo Principe dignam, Regiam Celsitudinem Cosmi III. Fratris Magni Etruriæ Ducis æmulatus ne, an imitatus? extruxisti, ut Musæ omnes in Mediceo Palatio conquiritis undique magno pretio celeberrimorum scriptorum, quos vel prisca, vel nova tulit ætas voluminibus veluti in propria sede locarentur. Hujus verò literarii thesauri custodiam & præfecturam eruditissimo Antonio Magliabeco committens virum ad hoc Munus obeundum selegisti, quo quem doctiorem eligeres ex universa literaria republica non invenisses. Hæc licet intrà fores almæ domus Mediceæ peracta latere non potuerunt, sed foras erumpentia totum orbem pervasere, quæ optimi, sacraque Mecænatis Munificentiam loquuntur, ac fama nunquam interitura loquentur. Postremò accedit Pelagianæ Historiæ Eminentissimi Auctoris dum Augustinianum Monachum

ageret

ageret susceptum patrociniū, & studia pro-  
mota, quibus devinctus Norisius, ut accepti  
beneficii memoriam nullo unquam ævo obli-  
terandam relinqueret, pocharum Syro-Ma-  
cedonum dissertationes in ditissimis Medi-  
ceorum cimeliis conceptas Tuæ Celsitudini  
tanquam suo numini & omni consecravit.  
Quinimò auctor ipse, si hunc ingenii sui foetum  
denuo cuderet, Tuæ Serenissimæ Clementiæ  
fisteret in grati animi monumentum; eo enim  
primò in lucem edito Mediceorum potentissi-  
mum iniit patrociniū, regiam expertus est  
munificentiam, suæque fortunæ summum ab  
eisdem accepit incrementum. Patere igitur  
Serenissime, & Reverendissime Princeps haf-  
ce Eminentissimi Henrici de Noris primas lu-  
cubrations, quæ novis typis prodeunt, Te adi-  
re, quia tuæ sunt, & si quando à grandioribus  
curis Regnorum Galliarum, & Hispaniarum,  
quorum Protector apud Apostolicam Sedem  
ab illorum Monarchis Piis, Felicibus, Trium-  
phatoribus aureis literis inauguratus es, feriari  
contigerit, ad easdem vel semel oculos flecte.  
Hoc unum operis votum ac felicitas, quod tibi  
non offerre non poteram, cum tibi tot titulis  
deberetur.

*Serenissima, & Reverendissima Celsitudinis vestra*

Datum Patavii Idibus Septemb. 1708.

*Humillimus, & Addictissimus Servus*  
F. Marcellinus Rossi Augustinianus.

VITA